

aliquantulum ibi morentur et postea ascendant sine corpore nondum^a reformato, cum quo lucente sunt premium rationis, nec nego nec affirmo, volens esse contentus solida^b ratione^c sententie sacratissimorum theologorum, qui habent legem divinam in potestate. Certitudo tamen est, quod debebamus ibi^d generari et habitare certo tempore, et ideo fuerunt primi parentes a Deo locati. Dictus etiam^e paradus est locus valde remotus ab habitatione hominum viventium in hac zona temperiei versus polum articum. Et hoc est propter superfluum ardorem solis continuantis cursum sui operis per illam quantitatem zone torride^f, in qua est continuus dies lucis et non nox nocens alicui, qui sit ibi. Verum est, quod ratione rotunditatis huius zone sicut ceterarum patet, quod ibi sit nox et dies equali mensura^g horarum 12, eo quod principium determinatum zodiaci^h estⁱ aries et sic per^k consequentia signa, hinc ad finem virginis est^l medium et postea ibi^m incipit libra etc., donec perveniatur ad principium primi puncti. Unde non separatur de suprema facie huius zone, et dum vadit in circuitu terre, necesse est, quod ibi sit dies et nox. Hec autem zona est tam bone complexionis, quod non reperitur esse vaporabilis impressionum, que impediunt aerem, sicut fit in nostris partibus, caligo, tonitruatio etc. Unde in ea zona semper est serenitas aeris, lux maxima solis et stellarum, cum sint super Zenithⁿ capitum singulorum ibi, et quod istud sit possibile, scimus experimento de partibus Creti, Romanie etc., quia, cum talia loca sint multe caliditatis, vites^o reddunt^o vinum^p odoriferum et potentissimum, ut patet de illo Creti, Malvasie^q, Cypri, Damasci^r, quoniam ibi non eleuantur unquam caligines nec nubes nigre, nec fit tonitruatio etc. De zonis vero celestibus, que sunt supra zonas terre, hec^s presens rota^s sufficienter^t insinuat intellectum⁹.

a'') korrigiert aus nundum M, nundum E. b'') solide E. c'') fehlt E. d'') folgt generaret (durchgestrichen) E. e'') enim E. f'') toride M, totidem E. g'') mensurara, letzte Silbe expungiert E. h'') zodiacum E. i'') fehlt E. k'') folgt ordinem (durchgestrichen) E. l'') sit EM. m'') fehlt E. n'') Zenit E. o''-o'') reddunt vites E. p'') folgt temperatum (durchgestrichen) E. q'') Malvasie E. r'') folgt etc. E. s''-s'') rotula precedens E. t'') subficienter E.